Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fregit dicens
+ benedixit dedit discipulis suis, accipite et manduca-
te ex hoc omnes. hoc est corpus meum. Simili modo postea
quam cenatum est. accipiens et hunc preclarum calicem
in sanctas ac venerabiles manus suas. item tibi gratias agens.
+ benedixit. dedit discipulis suis dicens. Accipite et bibite
ex hoc omnes. hic est calix sanguinis mei novi et
eterni testamenti. mysterium fidei qui pro vobis et
pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hec
quotienscumque feceritis in mei memoriam faci-
etis. Unde et memores domine nos tui servi. sed et plebs
tua sancta christi filii tui domini dei nostri tam beate passio-
nis nec non et ab inferis resurrectionis. sed et in celos gloriose
ascensionis offerimus preclare maiestati tue de
tuis donis ac datis. Hostiam + puram. Hostiam + sanctam.
Hostiam + immaculatam. Panem + sanctum vite eterne et ca-
licem + salutis perpetue. Supra que propitio ac sere-
no vultu respicere digneris et accepta habere.
sicuti accepta habere dignatus es munera pu-
eri tui iusti abel et sacrificium patriarche nostri
abrahe. et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus mel-
chisedech sanctum sacrificium immaculatam hosti-

Hic tres cruces super utrumque simul fac. IIII. super oblatam. V. super calicem.